

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia f  
cum fonte primo

Bona consolacio  
cum et blasphemamur a malis benefacientes.  
Si recti diligent nos,  
omnino sufficit  
aduersum os loquencium iniqua,  
opinio bonorum cum testimonio conscientie.

Bernardus super Cantica.

Bona profecto consolatio,  
cum blasphemamur a malis benefacientes,  
si recti diligent nos.  
Omnino sufficit,  
adversus os loquentium iniqua,  
opinio bonorum cum testimonio conscientiae.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 24.2 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds, pp.152-3, ll.18-19, 1-2).